



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Vini avidæ meretrices.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

cervix, jam manus, jam pedum candor intra auri gracile vinculum positus, Parium marmor extinxerat. Eleganter Prudentius:

Prud. lib.
2. in q.
Symmach.

Vincendi quæris dominam? sua dextera cuique est,

Et Deus Omnipotens, non pexo crine virago,

Nec nudo suspensa pede, strophioque revincta,

Nec tumidas fluitante sinu vestita papillas.

Atque uti mulieres libidine percitæ pedes nudabant, ita & vinum amabant, quum scirent *sine Cerere & Libero Venerem frigere*. Habet enim vinum ad incitandam libidinem summas vires, ut vel Lothi ostendit exemplum, cui, seni admodum, vinum apposuerunt filia, ut hac ratione cum ipsis coiret, quo victus vir sanctissimus horrendum nefas commisit, usque adeo verum est quod vulgo dici solet:

Genes. 19.
32, &c.

Nox & amor vinumque nihil moderabile suadent.

Hinc meretrices ut vini avidæ sæpe describuntur. Apud Terentium con-

con-

conqueritur senex, in cuius domum Bachis erat introducta, relevisse omnia dolia, omnes serias, & tandem subjungit: *Pitissandus mihi quid vini absumpsit.* Monuit hinc Propheta, *Prohibe pedem tuum à discalceatione, & guttur tuum à siti,* hoc est, ne amplius more meretricum nudos pedes tuos ostende, & guttur tuum ne sitiatur vinum; quod libidinem incitat. Hanc sententiam verba sequentia optime confirmant, quibus obstinatus populus introducit respondere: *Nihil est, non: nam diligo alios, & eos sequar.* Quasi dicat, hæc frustra mones, abstinere enim nequeo, cum amicos diligam, & eos sequi velim. Hæc mea de hoc loco sententia. Vir illustris Hugo Grotius etiam vidit ad compescendam libidinem hoc monitum pertinere, sed non recte mihi videtur id exposuisse. *Prohibe, inquit, pedem tuum à nuditate, i. e. si quis tibi dicat (id enim hic suppletendum) Noli denudare partes muliebres. Eas enim Hebræi, ut & alii, honeste pedum vocant nomine. Vide Gen. 49. 10. Et guttur tuum à siti)* Nova translatio in ipsa

cons.

Grot. ad
Ier. 2. 25.